

1789.

1. Berolinus, Gott. Christianus : De lito heredi cum possessione singulari.
2. Berolinus, Gott. Christianus : De negotiis, que a muliere sive curatore in Scania capariri possunt.
3. Berolinus, Gott. Christianus : De eo, quod iustum est in prælegiorum collatione
4. Berolinus, Gott. Christianus : De posse iuris per eum et ab eum iure feudali Trigobrdicis
5. Berolinus, Gott. Christianus : De pacto successorio cum pacientes personæ interante
6. Berger, Christoph Henricus, de: Ordinis Jurisconsultorum Decanus: Ad dissertationem . . . conditio  
Dr. Augusti Beckeri . . . invitata.
7. Berger, Christ. Henr. de: Ordinis iure Consule.  
Decanum: Ad dissertationem inauguandam

- Dr. Christiani Stahlkoppfi - - - - -
8. Chardenus, Octavus Georgius : De jure equestris  
in febris praesertim imperii specialiisque strorum /
9. Chardenus, Octavus Georgius : De jure equestris subjectioris  
speciationibus et creaturam praestari solito.
10. Loder, Frans Georgius : De suspicis mathema-  
tum speciatione astronomia origines.
11. Collinus, Christop. Andre : De vigilariis Etat  
sacerdoti.
12. Dickerich, Elias Gottlieb : De iteratis impera-  
torum coronationibus Germanicis
13. Heniccius, Christianus : Manuscriptus Iohannem  
VII. ex institutionum Berliniis praenatus  
ac titulo de justitia et iure oriturum



13<sup>3</sup> Hanauer, Christian: Manipulus II therium LX.

Ex 6 iuris titulis Justiniani titulis de jure naturae  
gentium et canticorum

13<sup>5</sup> Hanauer, Christian: Manipulus III therium  
LX. ex iuris titulis Justiniani titulos III. IV. V.  
VI. VII. VIII. LX etiam.

14. Haerius, Ioh. Matthiae: De pulchritudine architecturae  
bonicae.

15. Haerius, Iohannes Grapf: De sigillibus boni et  
satis

16. Hemerocles, Petrus. Hermocles: De propagatione  
jurisdictionis

17. Kaelelius, Thop. Ruydten: De actionibus  
mixtis et non mixtis

18<sup>a</sup>. 6<sup>b</sup>. t.

Kraunius, Iohannes Gaspardus: Voca, quod  
iustum est circa salario ac honoraria dicitur  
catrum.

19. Kraunus, Fr. Gottfr.: De jure degradationis canonicæ ejusque usq; in locis protestatione

[19<sup>a</sup>] Berger Christoph Kas. de: Observi jure consultatum . . . decanus: et orationum inaugu-  
zalem . . . Dr. Christiani Stalckoffii . . . ion-  
dat [in den Dabletten, da mich nr. 7 identisch]

20. Mueller, Gottfr. Ludo.: De pectoris possessorio  
nondum finito in Sessione Electorali nostri-  
quam iuritium

21<sup>1+2</sup> Schrammbergius, Janus Gottfr.: De traditione  
symbolica 2 Iunpl

22. Salmer, Frider. Phil.: De oratio logices ac  
mathesos rexa et applicatione precep.  
Item logicum in Disciplina mathematica.

23. Schröder, Ernest. Christ: Doctrina iurorum uni-  
uersitatis Speciatione et Derivatione.

24. Schmetterlin, Ernest. Christian: De veteri tabula  
essentiarum.

*Q. D. B. V*  
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM IVRIDICAM

1727 22  
18<sup>c</sup>

DE EO QVOD IUSTUM EST

CIRCA

# SALARIA AC HONORARIA ADVOCATORVM

P R A E S I D E

IOH. GODOFREDO KRAUSIO, D.

INSTIT. IMPER. PP. CVRIAEC PROVINCIALIS SCABINA-  
TVS ET FACVLTATIS IVRID. VITEMBERG. IV-  
DICII ITEM PROVINCIALIS INFERIOR.  
LVSAT. ASSESSORE

P R O L I C E N T I A

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
RITE CAPESSENDI

AD DIEM IV. NOVEMBR. M DCC XVII.

IN AVDITORIO MAIORI  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS  
PVBLCACE CENSVRAE SVBIICIT

IOH. FRIDERICUS AUTENRIETH

VITEMBERGENSIS  
ADVOCATUS ET NOTAR. IMMATR.

\*\*\*\*\*  
VITEMBERGAE

APVD IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVM  
M DCC LII



ILLVSTRI  
AT QVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
LEBERECHT  
DE GVERICKE

REGII PRVSSICI REGIMINIS ET SACRI  
CONSISTORII IN DVCATV MAGDEBVR.  
GENSI DIRECTORI ARCANORVMQVE  
REGIONVM CONSILIARIO

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

*PERPETVAM FELICITATEM*

ILLUSTRI  
EXCELENTISSIMO  
DOMINO  
LIBERECHE  
DE GERICKE  
REGI PRASIDE REGIMINI ET SACRI  
CONSTITUTION IN DAGATA MAGDEBVR  
GENSI DIRECTORI ARGONORVM  
REGIONARVM CONSTITVIO  
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO  
PERPETUAM FELICITATEM

6

**ILLVSTRIS**  
**AT QVE**  
**EXCELLENTISSIME**  
**DOMINE**  
**GRATIOSISSIME**



raedican TVAS, quas mereris, laudes, uirtutes, quibus eluces, concelebrant, merita, quae in Rempublicam permagna sunt, collaudant omnes, et admirantur. Neque immerito. Talem enim TE præbes, qualem Principes ac summi Viri peroptant. Id ipse, si mihi dicere liceat, saepe sum expertus. Ex quo, ILLVSTRIS DOMINE, me domum TVAM recepisti, et Filios TVOS institutioni

tioni ac fidei meae commisisti, tantam mihi gratiam fecisti, ut illius memoriam nunquam sim depositurus. Haec talia animo mecum reputans, id consilii cepi, ut ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO NOMINI TVO, hanc inauguralement Disputationem inscriberem, pariter ac consecrarem. Quam ut oculis gratosissimis perlustres, eandemque tanquam gratae documentum mentis accipias, submisse contendeo. Oro inter ea Deum, ut TE, una cum ILLVSTRI FAMILIA, omni felicitatis genere cumulatissimum, quam diutissime seruet, ac tueatur. Nihil ego expeto, quam ut in TVA gratia me conseruare, Patrocinio TVO, cui in me summa animi religione commendo, dignari, quae TVA est benevolentia, nunquam cesses.

ILLVSTRIS ET EXCELENTISSIMI  
**NOMINIS TVI**

Dabam  
Vitembergae d. 4. Nov.

1727.

IOH. FRIDERICVS AUTENRIETHVS,  
Cultor perpetuus,  
seruus humillimus,  
Vitembergensis.



§. I.



Orum officia, qui causas o- Olim Patroci-  
lim, initio cum primis Reipu- mia Clientibue  
blicæ Romanæ, tuebantur & gratis sunt  
perorabant, nullo in quæstu & præstite.  
lucro fuisse, sed Clientibus gra-  
tis præstita a Patronis, satis a-  
bunddeque historiarum monu-  
menta testantur. ROMULUS Sanctio ac In-  
enim, Urbe Romana condita, plebem a Patribus di- fritutum Re-  
stinguens, conseruandi mutui fauoris ergo, suavi  
compellatione Clientum & Patronorum excogitata,  
plebejos, nulla adstrictos necessitate, sed liberos, vo-  
luit, ut, quem quisque vellete Patribus, sibi Patronum  
eligeret, cuius officium, patrocinio suscepto, erat, ut  
pro Clientis, in fidem clientelamque suscepti fortunis  
ubique, ubi opus erat, in judiciis vero maxime, lo-  
queretur, inimicorum impetus propulsaret, causas  
studiose defensitaret, legumque scientiam & com-  
merciorum artem ipsum doceret; ut vero pro pa-  
trocinio mercedis quicquam, utpote quod turpe Ro-  
manis visum, acciperet, tantum aberat, ut contra,  
quemadmodum jam dictum, gratis esset hoc genus  
officii præstandum. Ne vero prorsus sine fructu

Patronorum præstaretur labor, Plebejis ROMULUS injunxit, ut debita Patronis obsequia exhiberent Clientes, iisque, necessitatis telo urgente, aut pauperate pressis, suas communicarent opes. Atque hoc institutum, ut eo sanctius & a Patronis & a Clientibus æque obseruaretur, lege publica, quam Decemviri deinde inter suas retulerunt, hujus tenoris: PATRONUS. SI. CLIENTI. CLIENSVE. PATRONO. FRAUDEM. FAXIT. PRODITOR. ESTO. a ROMULO cautum dicitur. confer. PLUTARCHUS in Vita ROMULI. DIONYS. HALICARN. Lib. II. Antiquit. Rom.

## §. II.

*Idem obserua-  
batur post Ro-  
mulum etiam  
Regibus eje-  
tis.*

Hoc, quod sanxerat Imperii Romani Conditor, in animis radices tam altas egerat, ut labente tempore, Regibus etiam ejetis, optimi quique, atque arte dicendi peritissimi, Viri, inter Patricios Senatoresque essent, qui vel laudis saltem, gloriæque stimulo incitati, causas civium defensitare, fugientiumque ad se patrocinia, more institutoque Majorum, gratis in se suscipere, non dubitabant, quemadmodum id CICERO innuit Lib. II. de Offic. Disserit, inquiens, igitur hominis & facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas, & non gravatae, & gratuito defendantis, beneficia & patrocinia late patent. cuius aferro jungatur fas est OVIDII Lib. I. Amor. Eleg. X.

Turpe reos emta miseris defendere lingua,

Quod faciat magnos turpe tribunal opes.

Monente enim FABIO Lib. XII. Instit. Orat. Cap. 7. non vendere operam, nec elevare tantibeneficii auctoritatem, longe honestissimum, ac conditione sua quam dignissimum, judicabant, cum pleraque res, a-  
lias,

lias; quæ pretium habent, tali ratione viles videri possent, confer. B. BEYER. in *Delinear. Jur. Civ.* secundum Pandectas Tit. de Postulando §. 37. in Not.

## §. III.

**U**bi vero non gradu, sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta, a negotiis in otium conversa civitas, simul etiam veterum mores Patronorum negligi a successoribus cœperunt. Namque titulum aliquem speciosum vel teste subminentientes, munera a Clientibus poscebant, vel etiam ea palam, quæ antea Plebeji atque Clientes Natalibus, Calendis Januarii, Saturnalibus, Natalitia scilicet, Strenas, Xenia, & id genus alia, sponte, in grati animi tesseram obtulerant, jure & grandiore summa exigebant, ut, tradente LIVIO L. 36. C. 4. plebs vestigalis & stipendiaria esse inciperet; Huic malo medendum erat, ne majora caperet incrementa, magisque in materiam frondemque effunderetur: ideoque per Plebis citum, M. CINCIO Tribuno Plebis, eidem obviam eundum existimabant, legemque, CINCIAM vulgo dictam, in Tributis Comitiis, svasu Q. FABII MAXIMI Anno U. C 549. SEMPRONIO TUDITANO & CORNELIO CETHO JO Conf. hujus tenoris: NE QVIS. OB.CAUSAM.ORANDAM.DONUM.MUNUSVE. CAPIAT. constituebant, quam in Legem, ut ex Rubrica Leg. 29. ff. de LL. patet, PAULUS, JCtus, pecuniam Commentarium conscriperat, quem quidem, quantum nobis constat, nostram attingere ætatem non permisit temporis injuria. At ejus in locum sufficiens est FRID. BRUMMERI, antiquitatum, juris potissimum, diligentissimi investigatoris, Tractatus

Mores beterum Patronorum quomodo mutati.

Lex Cincia  
mores pristini  
nos revocabit.

A 3

in

in Legem Cinciam, ubi, quæ eo pertinent, diligentissime omnia corrasit, colligitque, atque acri subtilique ingenio & judicio percensuit.

§. IV.

*Varia Legis  
Cincia muta-  
tiones addu-  
cuntur.*

Cinciam vero Legem crebris hinc inde mutationibus obnoxiam, nec unquam magis impune violatam fuisse, quam de Reipublica imperio decertantibus POMPEJO & CÆSARE recte docet BRUMMERUS in *Comment. ad Legem Cinciam Cap. III. n. 1.* insimul tradens, contemnum hujus Legis præter indies crescentem magis magisque Oratorum improbitatem, vel ideo etiam non parum egerminasse, & aetum fuisse, quod ista lex horum ex numero videtur quas dicere imperfectas amant JCti. Quibus de causis AUGUSTUS, in quem Lege Regia omne jus populi Romani delatum erat, eam Legem, quam diximus Cinciam, antiquatam fere, & penitus quasi contemtu oppressam, postliminio restituit, ex imperfecta, quod sanctio penal is decesser, vid. ULPIANI *Fragmenta Tit. i. constituta pena quadrupli, efficiens perfectam, ut nimirum, monente DIO in Lib. LIV.* Oratores, pecunia pro causis orandis accepta, quadruplum ejus, quod datum erat, restituere tenentur.

§. V.

*Lex Cincia  
temperata a  
CLAUDIO.*

At nechicce rigor Legis diuturnus fuit. Namque A CLAUDIO teste TACITO *Lib. XI. Ann. Cap. 5.* Legis Cinciae temperamentum constituit, permisitque, ut pro causa oranda a Patronis pecunia ad denar usque sestertia acciperetur, quæ summa secundum computationem BUDÆI *Lib. 5. de Aſſe & GRONOVII de ſestertiis Cap. 15.* secundum nostræ monetæ uſum ducenta

ducentos &<sup>8</sup> quinquaginta aureos Rhenanos comprehen-  
dit. Id deinde NERO testante TACITO Lib. XIIII, NERO revoca-  
Ann. Cap. 4. novo quodam SCto, Legem Cinciam revo-<sup>pit/sanctionem</sup>  
cans, abrogavit; TRAJANUS contra Constitu-<sup>Legis Cincia.</sup>  
tionem CLAUDII monente PLINIO Lib. V. epist. 14. <sup>TRAJANUS</sup> Claudi Con-  
renovavit, ita tamen, ut & postea, testante eodem <sup>stitutionem</sup>  
PLINIO Lib. V. Epist. ult. SCto cautum fuerit, ut litigantes <sup>renovabat.</sup>  
jurare deberent, priusquam agerent, a se  
nihil ob patrocinium cuiquam datum promissumve  
fuisse, quanquam, negotio peracto, decem millia se-  
stertiorum dare permittebatur BRUMMER. d. l.  
Cap. VI. n. 5. in med. At nec hoc stetisse diu, sed brevi  
post expirasse iterum, docet locus PAULI L. 38. f. 1.  
f. Locati. confer. L. ult. C. de condic. ob causam dat.

## §. VI.

Sicutivero, causarum numero indies crescente, vix *Cause cur-*  
*posmodum ea,*  
Sac ne vix quidem, ab Imperatoribus impediri po-  
terat, quin Causarum Patroni, fraude, technis, ac astu-  
tia pro felicitate ingeniorm ad fallendum para-  
tissimorum, modos rationesque excogitarent, quas *que antea mo-*  
serie longa referit BRUMMER. c. l. Cap. IX. quibus Cin-  
cia Legis aliarumque Constitutionum rigorem cir-  
cumvenirent; Ita tandem evenit, ut a Clientibus pro  
opera exigere salario, causarum Patronis indulgere-  
tur. Erata autem distinctio, tempore cumprimis CON-  
STANTINI M. sequentiumque Imperatorum, inter *Distingueba-*  
*tur postmo-*  
Advocatos Statutos, Supernumerarios atque Honoratos. *dum inter*  
*Advocatos.*  
Statutis quorum certus erat numerus, certa matri-  
cula, quique designatum habebant forum, quo nun- *De Advocatis*  
quam egrediebantur. Leg. 13. L. 8. L. 11. L. 7. L. 3. C. de *statutis &*  
*quinam?*  
*Advoc.*

## 8 DE SALARIIS AC HONORARIIS

*Advoc.* I. L. ult. C. de *Affessor.* non salario tantum amplissima solvabantur, his in primis, quibus Fisci cura patrociniumque erat creditum, L. 7. §. 2. C. de *Adv.* II. sed & strena, ut Comitibus Consistorianis, Calendis Januarii, a Praefecto Praetorio, offerebatur, L. 4. §. 1.

*De Advocatis* L. 7. §. 4. *C. eod.* Supernumeraris autem, uti vocabantur isti, qui supra numerum statutorum constituti, certoque foro haud addicti erant, sed ubique causas perorare poterant, in statutorum aliquando de mortuorum locum successuri L. 13. C. de *Advoc.* salario publica constituta non erant, sed a Clientibus talia pro patrocinio exsolvebantur. BRVMMER d.l. Cap. X. n.

*De Honoratis* 8. Honoratis tandem, quo nomine illi insigniebantur, qui Magistratus officio defuncti ad pristinum Advocationis munus se receperant, Imperatores VALENTINIANVS & VALENS in L. 6. §. 5. C. de postulando causas quidem, tantum vero aberat, ut ad turpe compedium, stipemque deformem, quemadmodum in dicta Lege dicitur, ut potius gratis, atque ad laudis augmenta quærenda, orare permittebant: Satis enim bonorum, ad vitæ sustentationem, ex administratis officiis, existimabantur adepti, ut patrocinium gratis, vel sola laudis gloria contenti, suscipere possent. Confer. TIRAQVELLVS de Nobilit. Cap. 29. §. 33. PANCIROLLOLVs Lib. I. Thesaur. Var. Lect. Iur. Civ. Cap. 32.

## §. VII.

*Quid a FRIDERICO II.*  
ratione hono-  
rarium con-  
stitutum?

Tandem Fridericus II. monente B. BEYERO in Delibera-  
tione jur. Civ. secundum Pandect. Tit. de Postulan-  
do ib. 38. Constitutionem quandam promulgavit,  
qua Advocatis, sexagesimam partem rei, quæ pereba-  
tur, si aestimari posset, honorarii loco, constituit;  
sin vero estimationem minus pateretur res, honora-

rii

rii determinationum judicis ab arbitrio pendere sanctius. Vid. LINDENBROGIVS in Cod. Legum Anti-<sup>ut chemmata</sup>  
quarum Lib. I. Constit. Sicular. Tit. 83. Sed quid? haec <sup>ut chemmata</sup> Quid bodie?  
omnia hodie obscurata sunt, euanuerunt, et in de-  
suetudinem prorsus abierunt; Namque Clientibus  
officia Aduocati gratis non amplius praestant regu-  
lariter, nec in constituendis salariis ac honorariis me-  
morata Aduocatorum distinctio attenditur, multo  
minus ea, ex aestimatione rei, in iudicium deductae,  
aestimari solent, atque adiudicari.

## §. VIII.

Nec est, quod elonginquo opus habeas rationes ar-<sup>Rationes mu-</sup>  
cessere. Naturalis aequitas dictitat, ut laboris tationis  
quisque alterius causa suscepit, factique praemium,  
remunerationemque referat, idque vel ideo magis,  
cum pretia rerum aucta hodie, tempora deteriore  
statu, quinimo uersa fere et mutata in peiores par-  
tem omnia videamus. Aduocati autem, ut nec uen-  
to, ita nec solis encomiis ac priuilegiis uiuere pos-  
sint, insimul merendum, ne denegata iusta honesta-  
que remuneratione ac satisfactiōne, vel negotiis praē-  
ferant otium, vel deficientibus ad uitiae sustentatio-  
nem necessariis, ad quaestum turpem profili cogan-  
tur et inuitentur. Conf. BE SOLD. in Politic. C. 2. n. 10.  
addatur CARPOZOVIVS L. 3. Resp. 1. n. 13. dicens, Ad-  
uocatum, cui non satisfiat, nec bene posse studere.

## §. IX.

Ea itaque, causarum Patronis, quae hodie in remu-<sup>Aduocatis</sup>  
tationem praestiti patrocinii soluuntur, vel tam salario-<sup>tam salario</sup>  
funt salario certa et determinata, vel honoraria. Dif-<sup>quam honoraria</sup>  
ferunt inter se ita, ut monente PETRO MULLERO flantur.

B

ad

Quomodo in ad STRUVII Syntagma Jur. Civil. Exerc. VII. lib. II. lit. B ter se differe salaria plerumque certam, & vel ad certam causam, ranti? vel ad certum tempus mensurata quantitatem comprehendant, Honoraria vero determinata certo non sint, sed secundum operarum praestantiam demum extimentur, & solvantur. Quæ quidem differentia sancitis jurium Civilium non adeo conveniens est, quemadmodum patet ex L. 56. §. penult. ff. & L. 17. C. Mandati L. I. §. 12. ff. de extraord. cogn. Quapropter etiam JCTi promiscue istis utuntur vocabulis, vid. RYLAND. de Commissariis, Lib. VII. Cap. 7. n. 1. COLLEGIUM JUR. ARGENTORATENSE Tit. Mandatib. 17. n. 3. VNNIUS ad §. fin. Inst. eod. n. 1. & 2.

## §. X.

*Salaria sunt  
vel publica  
vel privata.*

Salaria vel publica sunt, & a Principe aut Magistratu constituantur, vel privata, quæ a Clientibus causarum Patronis conventione promittuntur. Ea hodie perquam sunt rara, nec, nisi Fisci, aut quibusdam in locis, pauperum Advocatis, in specie constitutis, dantur; Hæc vero frequentiora, dum aut totius intuitu causæ, in judicium deducuntur, promittuntur, aut in singulos annos, qua de re annua dicuntur, determinari solent.

## §. XI.

*Quid loco sa-  
larii præstan-  
dum.*

*Num ad la-  
bores præsti-  
tos in deter-  
minatione re-  
spiciendum  
sit?*

Quemadmodum vero a mera conventione determinatio pendet, propterea, quod in Contractibus pro lubitu objecta determinare possumus, §. 18. Inst. de inutil. stipulat. ita dubitandum non est, eorum determinationem ex operis & labore præstito censendam non esse. Extra dubitationis enim aleam equidem positum est, Advocatos, pro salario constituto, quosvis labores, vel in lite, vel intra constitutum

tum temporis spatium, de quo conventum est, obvenientes suscipere, suaque officia præstare teneri; At invidere iis, & licere, minime decet, si absque magno labore, pingue quoddam salarium lucentur. Eorum enim officium non ex labore solum, sed etiam ex dexteritate, ingenioque promititudine & sagacitate censendum. Accedit, quod præterita ipsorum studia simul consideranda, quibus prompti consili habitum sibi compararunt.

## §. XII.

**Q**uae a nobis dicta sunt, notabili confirmantur ex *Conformatur verisimili n. 3. JACOBI seilicet MARESCOTI, doctissimi Advocati in Senatu Parisiensi, tempore CAROLI VII. LUDOVICI XI. & CAROLI VIII.* Is enim, cum ob breve quidem, sed perquam erudite elaboratum scriptum, quod Salvationem vocant, Clientulus impar quoddam honorarium offerret, hoc modeste renuit, dicens, se accepturum, quodcunque demum scripti pretium in casum victoriae a judice statueretur. Reportata tandem Victoria, &c., cum censenda essent litis expensæ, facta pariter hujus momenti mentione, Senatus existimavit, promeritum isto scripto fuisse Advocatum *sexaginta libras Parisienses*, siquidem non brevitas attendenda, sed litis ipsius, doctrinæ pariter, eminentisque scientiæ Advocati, scripto isto egregie declaratæ, habenda esset ratio.

## B 2

## §. XIII.

## §. XIII.

*Salarium promissum ex capite laesio-  
nis ultra di-  
midium im-  
pugnari ne-  
quit.*

**Q**uibus ex dictis sua sponte fluit, conventionem de certo salario praestando Aduocatum inter et Clientem initam, ex dispositione Leg. 2. C. de rescind. minime impugnari posse. Ad hanc enim impugnationem requiritur, ut tempore celebratae conventionis ac initi Contraetū sufficiens adsit laesio L. 4. et 8. C. de Resc. Vendit. quae tamen uix ac ne uix quidem, praefenti in casu poterit probari, dum labores ac operaes Aduocatorū in lite mandata ab even- tu quodammodo incerto pendent, neque ab initio statim sufficienter praeuideri possunt. Nunquam autem laesio considerari meretur, siquidem dubius sit euentus, atque actus tam incommode, quam commode, aeque accidere possit. L. II. C. de transact. L. 12. C. de inoffic. testam. Nemo enim laedi uidetur, quando causa fortuiti cuiusdam euentus utrumque in partem inclinat. **C R A V E T T.** Conf. 598. n. 10. **C O N S I L.** ARGENT. P. I. Conf. 65. n. 16.

## §. XIV.

*Salarium Ad-  
uocato in lite  
succubenti  
debetur.*

**D**ebetur autem Aduocato salarium promissum, etiam si succubuerit, uictusque cesserit. arg. L. 10. f. 1. ff. de Negot. gest. B. HORN. Clas. XII. Resp. 82. Saepissime enim uitium materiae, non artificis est, L. 27. f. 29. ff. ad Leg. Aquil. Hinc Aduocato haud impunitandum, si penes ipsum haud steterit, ut vicitoriā obtineret, arg. C. 4. Distinct. 43 ibique GLOSSA, quinimo, MARTIALI, si fides habenda, victori Aduocato minus, cum praemii pars uideatur honor vicitoriae, uicto uero plus dandum. Sic enim iste, Lib. VIII. Epigram. 17. ad Sextum scribit.

Egi,

*Egi, Sexte, tuam, pacius duo milia, causam.*

*Misisti nummos, quot mibi? Mille. Quid est?*

*Narrasti nihil, inquis, et a Te perdita cause est.*

*Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.*

Confer. SPECVLAT. Tit. de Salar § 3. n. 6. ubi refert, nonnullos Aduocatos in casum, si succubuerint, maius sibi stipulari salarium, sin uero obtinuerit, minus, cum parte salarii honorem uictoriae, uituperium contra causae amissae cum salarii augmento compensantes.

### §. XV.

**M**erito tamen Aduocato promissum salarium de- Non debetur  
negari potest, si culpa, imperitia, aut negligentia salario, si  
causam perdidit, in lite demum succumbens, arg. sua culpa  
L. 8. §. 4. in fin. ff. qui satisdare cog. B. HORNIVS causam per-  
Class. XII. Resp. 82. pag. 903. Quid? quod praeterea diderit.  
Clienti ad interesse teneatur, iusta opinio WILDVO-  
GEL Consil. 149. n. 7. et. Consil. 205. MARTINI ad Ord.  
Iud. Sax. Tit. 3. §. 1. n. 138. et in Supplem. n. 62. Nec est,  
quod, haec procedere ita dubites, licet Aduocati  
culpa leuissima sit causa perdita; Artem enim, qui pro-  
fitetur, ad omne damnum, uel leuissima etiam cul-  
pa datum, resarcendum tenetur, cum ob artem,  
quam profitetur, omnem polliceri industriam uidea-  
tur. §. penult. Inst. de Locat. Conduct. L. 13. §. 5. ff. Locat. Quid si gra-  
Conduct. Regites forsitan, quid, si gratis et sine salario, tis patrocinium  
Clienti patrocinium praestiterit, causamque perdi- um praeficit  
derit, sentiendum? At, et hoc in casu de damno, li- teris et alia  
cet leuissima culpa datum sit, tenebitur. B. STRY-  
KVS de privilegiis Aduocatorum Cap. 3. n. 6.

## S. XVI.

*Quid si Ad-  
vocatus ab  
officio aut re-  
motus aut  
tantummodo  
suspensus fue-  
rit?*

**I**dem, judicamus, statuendum, si propter culpmam Advocati munere aut prorsus remotus, aut saltem suspensus fuerit. Hoc enim casu promissum salariū petere nequīt. MEVIVS Part. VIII. Decis. 144. cum ipsis culpa et delictum tertio præjudicare non debeat; Namque alteri per alterum iniquam inferri conditionem, iniquissimum videtur. L 74. ff. de Reg. jur. id quod tamen HONDEDAEV S Vol. 2. Conſil. 82. n. 8. et 9. it. n. 24. qua tempus præteritum quodammodo restringit, ratus, id non procedere, quando tempore præterito quicquam, quod in Clientis utilitatem vergit, gesserit, secus autem se rem habere, si, quicquid gesserit, adeo relevans non sit, ubi tamē judicis arbitrio relinquendum putamus, quid, quantumque de promisso salario solvendum Advocato. Accidit autem nonnunquam, ut, qui munere Advocationis remotus fuit, restituatur, non quidem ex causa gratiæ, sed justitiæ. Quod si sit, totum salariū petere ipsi licere, non dubitamus afferere. Etenim si penes Advocatum non steterit, quo minus laborem præstet, integrum salariū, secundum conventionem initiam, exsolendum esse putamus. Vid. CARPZOVIVS Part. I. Conſ. I. Def. ult. et Lib. III. Resp. 2. BERLICH. P. i. Concl. 9. n. 78. seqq.

## S. XVII.

*Nam debea-  
tur salario,  
si Advocatus  
restitutus sit?*

*Si morbo aut  
alia ex cau-  
sa sit impe-  
ditus.*

**I**nde videretur fluere, necrum promissum Advocato salariū denegandum esse, si morbo, vel absentia, eaque justa, necessaria cumprimis, vel alia justa causa impeditus Patrocinium præstare non poterit GAILIVS Lib. I. Obs. 44. n. 12. BRUNNEMAN. ad L 11. §. 13. ff. de var. et extraor. d. cogn. CARPZOV. Part. II. Con-

Con-  
pte  
et  
atq;  
præ-  
par  
cv  
Mu  
luti  
mis  
SIN  
CA  
lo  
fala  
reli

E  
tit,  
sed  
qui  
qua  
lum  
ro,  
ad  
c  
tus,  
puta  
sed j  
pecu  
actio  
qui  
lute

*Confit.* s. *Def.* 10. *M E V I V S Part. IV. Dec.* 200. n. 6. propter ea, quod salario non laborum saltem respectu, et mercedis instar, sed honorarii loco promitti solent, atque exsolvi *L. 1. s. 3. ff. de var. & extraord. cogn. &c* præterea infirmitas atque absentia haud raro æquiparantur. *L. 18. ff. de judec. L. 9. ff. de Procurat. SPECVLAT. in verb. in summa n. 21. Tit. de salar. Advocat.* Multo minus defuncti Advocati heredibus salarii solutione deneganda, si forte antelitem, aut, si annuum promissum, ante finem anni mortuus fuerit. *Vid. M Y N SINGER Cent. 3. Obs. 8. G A I L I V S Lib. 1. Obs. 44. n. 12. CARPZOVIVS Lib. 3. Resp. 1. n. 26.* Id quod tamen Ioh. RVDINGER *Cent. I. Obs. 10. n. 15.* restringit ad salariū illius anni, ubi decedit, non vero sequentium reliquorum intuitu, admittit.

## §. XVIII.

**E**quidem B. STRYKIVS in *Not. ad LAUTERBACHI-* *Dissentit* *UM Tit. de postulando verb. integrum debetur, dissentit, nostramque sententiam vulgo quidem receptam,* *Strykivs,* *sed in momento iuris veram haud esse, tradit. Quicquid enim attinet *L. 15. C. de Advocat. divers. judic. ad* quam communiter provocari solet, monet, hanc solutione de Advocatorum Fisci salario agere, id vero, quod horum intuitu speciatim ibi constitutum, ad consequencias minime trahendum. Reliquos textus, quos allegat LAUTERBACHIUS d.l. accipiendo, putat laudatus dissentiens, de salario non promisso, sed jam soluto, quippe quod facilius retineatur, quam petatur, cum iura facilius dent exceptionem, quam actionem arg. *L. 47. ff. de Obligat. & Act. qua in re* quidem omnes fere consentiunt, salario scilicet solutione ab heredibus defuncti Advocati repeti non posse,*

se, arg. Leg. fin. C. de Condict. ob causam dat. caus. non fecut. L. 1. f. 13. ff. de Var. et extraord. cognit. GAILIVS Obj. 44. n. 12. HILLIGER ad DONELLVM Lib. 18. Cap. 3. Lib. RRR. cautelae loco suadentes, ut Aduocati salarium sibi praenumerari current. STRYKIVS d. l.

## §. XIX.

*Refutatur  
Strykius.*

**A**t enim uero principiis Iuris sententiam, a nobis allatam supra, maxime conuenire iudicamus. Namque operae, quae praestantur ab Aduocatis, propter excellentiam intellectus et doctrinae aestimatione non sunt subiectae, earundemque salario et honoraria in grati animi declarationem, remunerandi tantum et honorandi ergo, promitti praestarique solent, arg. L. 1. pr. ff. si. mensur. falsum modum dix. BARBOSAE Thesaur. locuplet. Locor. Commun. Lib. VII. C. 12. qua de causa differunt a mercede, utpote quae rem, aestimationi subiectam, praesupponit. Deinde salario et honoraria iis, quos penes non stetit, quo minus operam facerent, deneganda non sunt, sicut in antecedentibus monitum atque deductum fuit, L. 1. f. 13. ff. de Var. et extraord. cognit. Confer. UMMIVS ad Processum Disp. II. n. 46. CARPZOVIVS Lib. III. Resp. 1. n. 17. et. Resp. II. per tot.

## §. XX.

*Quid si Ad-  
uocatus ad  
praestandas  
operas voca-  
tus non sit?*

**I**dem dicendum, si Aduocatus ad praestandas operas officiaque uocatus haud fuerit, arg. L. 1. f. 13. ff. de Var. et extraord. cogn. iunct. L. 38. f. 1. ff. Locat. Condict. Sufficit enim, ipsum fuisse paratum ad ea praestanda, et Cliens sibi imputabit, quod ipsum haud imploraverit. Hoc tamen limitari solet, si eo tempore, quo auxilium ipsius haud requisitum fuit, alii operam praestiterit, tantumque meruerit, ut ipsius lucro quam

quam non decesserit. L. 4. ff. de Affff. CARPZOVIVS  
 Part. II Dec. 139. n. 24. STRUVIUS ad Ant. Matthæi de  
 judic. Cap. 3. tb. 58. cum nullum interesse sic urgere  
 possit, cessante autem eo, cesset etiam actio L. 27. §.  
 4. ff. de Paſſ. L. 11. C. eod. interim tamen, cum in facto  
 consistat, Advocatum interea aliis operas præstiterit,  
 tantumque meruisse, quantum promissum salarium  
 in se comprehendat, id a Cliente merito erit proban-  
 dum. Adde quod supra allata sententia limitanda  
 videatur, si per conventionem aliud constitutum sit,  
 quia omnes Contractus ex conventione legem acci-  
 piunt, L. 1. §. si conueniat ff. depositi. L. non aliter ff. de  
 Legat. 2. CARPZOVIVS Part. I. Conf. I. Def. 34. et Lib.  
 III. Rep. 2. n. 1.

## §. XXI.

Quod si Advocatus pluribus in una eademque cau- *Si pluribus*  
*sa patrocinium præstiterit, ab iisque salarium* *Advocatus*  
*Advocato promissum fuerit, dubium non est, quin in* *patrocinium*  
*solidum singuli teneantur, cum in eo consistat esse* *præstiterit,*  
*quonodo fa-*  
*ctus correalis obligationis §. I. Inst. de duobus reis sſi.* *larium petat?*  
*pullandi et promittendi.* Nec est, quod cum SCHOEPP-  
 FERO in Synops. jur. Privat. Rom. et For. Tit. de duobus  
*reis constituendis* n. 3. casum excipiamus, ubi certa  
*quantitas promissa sit, utpote qui negat, correalem* *Refutatur*  
*obligationem tunc initam esse, quia quantitas sit ipso* *Schoepfferus.*  
*jure divisa, et quisque hodienum pro sua tantum par-*  
*te teneatur, licet reliqui solvendo non sint, L. no ff.*  
*de Verb. Obligat. B. STRYKIVS in Cautel. Contraſſ.*  
*Seſſ. 2. Cap. 5. §. n. ideoque cautelæ loco commendat,*  
*cavendum esse Advocato, ut, si pluribus præstet of-*  
*ficium, singulos, ad integrum solvendam summam,*  
*obligatos sibi reddat. Namque huic sententia e dia-*

C

me.

metro contradicit L. 2. ff. de duobus reis constit. ubi haecce leguntur verba: *Cum duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso jure et singuli in solidum debentur, et singuli debent.* et quod attinet L. 110. ff. de Verb. Obligat. alius plane casus, uti nobis videtur, ibidem continetur, scilicet, si mibi et Titio decem stipuler, ubi ambabus largimur, intuitu Titii, ejusque absentis, inutilem esse stipulationem, nec, nisi ad partem usque dimidiari, valere promissionem.

### §. XXII.

**A**rbitrio itaque Advocati expositum est, quem dicit in casu ex pluribus Clientibus convenire, solidumque ab eo exigere velit, arg. L. 2. L. 3. §. 1. ff. de duobus reis constit. L. 2. C. eod. quamvis Jure novissimo ille, qui in solidum convenitur, beneficium divisionis, reliquis solvendo existentibus, habeat, Nov. 99. Cap. I. CARPOV. Dec. 190. n. 19. BRUNNEMAN. ad d. L. 2. et AVTH. hoc ita Cod. de duobus reis SCHILTER Exerc. 48. th. 16. DN. de BERGER. in Oeconomia Juris Lib. III. Tit. 3. th. 4. Not. 6. p. 607. eamque exceptionem non lite tantum pendente, sed & contra ipsam executionem, et ubi jam condemnatus fuerit, adhuc opponere possit. CARPOVIVS Lib. VI. Resp. 64. n. 18. dummodo antea nondum ea opposita, et in sententia aut expresse, aut tacite rejecta sit. Confer. B. MENCKEN. Trael. Synopt. Proc. Tir. XXXIX. §. 24. segg. id quod tamen hodie secundum Ordinationem Judic. Sax. Rec. Tit. XXXIX. §. 6. in Saxonia non amplius procedit: namque his in terris contra executionem nullæ exceptiones, quam solutionis, compensationis, transactio- nis, et rei judicatæ, eaque, ne quidem aliter, nisi in continent liquidæ, admittuntur.

### §. XXIII.

## §. XXIII.

**Q**uando autem salarium, Advocatis promissum, solvendum sit, discrepantes Doctorum sunt sententiae. Evidem, si per conventionem tempus solutionis determinatum, res caret dubio, cum pactis standardum sit *L. 1. ff. de Pact.* si vero nullum intercedat pactum, loci consuetudo, utpote, quæ scripto juri dergare solet, attendenda, *L. 32. f. 1. ff. de Legibus*, hac vero deficiente, ad Leges demum recurrentum *L. 1. §. 10. ff. de Var. et extraord. cogn.*

## §. XXIV.

**C**um vero hac de re, quo nimurum tempore salarium solvendum sit, speciales Leges deficiant, tum etiam non poterant non in diversas distractas que sententias abire Doctores. Horum alii, ab initio istud peti posse, contendunt, quorum e numero sunt præter eos, quos refert DAVID DOERING. in *Bibliotheca JCrorum voc. Advocatus p. 828. n. 576. Koe-NIG. in Proc. Part. 1. Tit. de Advocatis p. 162. SICHARD. ad L. unic. C. de suffragiis. n. 6. seqq.* Salarium enim dicunt, sovi solere, non ut mercedem pro labore, veluti in operariis, sed propter scientia probitatem, intellectusque ab initio deberi, hanc dantes instantiam: Sicuti Doctoribus initio disciplinæ docendæ salarium solvendum, per ea, quæ tradit CARDIN. TUSCH. pr. Concl. Lit. S. Concl. 10. n. 3. sic eandem ob rationem Advocatis, propterea, quod in multis cum Doctoribus docentibus comparantur, principio datum salarium. vid. STEPHAN. GRATIAN. Disc. For. Tom. 1. Cap. 186. n. 3. Addunt & hoc, ab initio statim solvendum esse, quicquid ex dispositione legis debetur. ZACHIAS de Salar. Qu. 13. n. 13. existimantes, salari-

Quando sala-  
rium Advocata-  
tis sit solven-  
dum?

Varie Doc-  
torum sententiae  
referuntur.

Allii ab initio  
statim litis sa-  
larium peti-  
posse starkunt.

larium, quod solvitur hodie Advocatis a litigantibus, surrogatum esse in locum ejus, quod constitutum fuerat dispositione legis, ZACHIAS d. l. n. 14. ideoque concludunt, solutionem statim in principio litis urgeiri posse, cum surrogatum sapiat naturam ejus, cuius in locum surrogatum fuit. L. 10. §. 2. ff. Si quis caut. L. 28. §. 1. ff. de Condit. & Demonstrat. Denique addunt, salarium, nisi ab initio deberetur, ad heredes minime posse transmitti, quam quidem rationem, pro firmiter concludente non habet BARBOSA in Cap. Pastoralis de judic. ratus, salarium promissum deberi quidem Advocatis ab initio, minime autem exinde sequi, credit, hoc initio litis statim praestandum, cum aliud sit, diem cedere, aliud, diem venire L. 23. ff. de Verb. Sign.

*Alii post li-  
tem coepit  
nondum au-  
tem finitam  
salarium peti-  
posse judicant.*

### §. XXV.

**A**lli, salarium promissum, non quidem statim ab initio, bene tamen ante litis finem, peti posse, judicant. Quam sententiam defendunt DAVID DOERING. d. l. n. 576. aliique, ibidem allegati. Horum ratio hac est: Officio nondum inchoato, nec salarium posse incipere. PEREZ. ad Tit. Cod. de præb. salar. n. 4. & Tit. Cod. de Profess. & Med. n. 6. in fin. ne vero finis expectandus litis sit, hanc reddunt rationem, quia Advocati de vento vivere non possunt, & uti habet vulgare, judices & Advocati sine conspicillo scripturas, videre nequeunt. Quibus adde CARD. in Clement. i. de relig. & vener. Sanct. Col. n. quod sicuti equus, male pastus, male ambulet; ita nec Advocatus, nisi satisfiat ipsi, bene studere possit. Huc etiam pertinent sequentes versiculi.

Dum

Dum ægrotus infirmatur,  
Et Processus ventilatur,  
Studeas occipere.  
Nam ægrotu relevato  
Et Processu terminato,  
Nemo curat solvere.

## §. XXVI.

**T**andem alii, salarium in fine demum litis Advo-  
cato solvendum esse, judicant. **GLOSSA** in L. 14. Alii salarium finita demum liti peti posse contendunt.  
*ff. si constet ff. commun. Pred. ibique JASON. BARTO-*  
*LUS, BALDUS aliisque, a DAVIDE DOERINGIO c. l.*  
allegati. Huc etiam referendus **MYNSINGER**. *Cent.*  
*III. Obs. 7. qui in Camera id observari, testatur. Ratio-*  
nes in eo ponunt, quia fieri possit, ut Advocatus cau-  
sam negligenter curet, ideoque melius esse, putant,  
non solvere salarium, quam repetere solutum. Ad-  
jiciunt Medicis non prius deberi salarium, quam re-  
stituta infirmo sanitate, ideoque concludunt, nec pri-  
us quicquam, nisi silete demum finita, Advocatis deberi.

## §. XXVII.

**Q**uemadmodum vero rationes ultimæ sententiaæ a *Media senten-*  
*ZACHIA de salario d. l. fuse destruuntur, & pri-  
ma ejus ratio a futuro contingente pendet, cuius *tia hic appro-*  
nulla in præsenti habetur ratio, nisi prorsus certum  
& infallibile sit, L. 29. §. 2. ff. ad Legem Aquil. L. 1. ff. de  
in lit. jur. ita ea, quæ pro stabilienda sententia prima  
allata sunt, hac de re non concludere videntur,  
quia salarium, officii intuitu promissum, per supra  
monita ad ff. 2. non nisi ccepto demum officio,  
debetur. **Hoc** eo usque extendit **PETRUS de RA-**  
*batur.**

VEN. in aureo suo Alphab. lit. O. vers. Officium. ut, licet electus sit, minime vero administrationem officii suscepit, salarium petere non possit, quamvis vel maxime se muneri subeundo accinxerit, ante susceptionem tamen mortuus sit. Qua de realteram sententiam in §. 25. allatam, comprobamus, partim quod rationes ibidem melius concludunt, partim quod in dubio via media eligenda, §. ult. Inst. quibus ex causis manum. non lic. §. 25. Inst. de rev. divis. hac tamen sub limitatione, ut a potentibus Advocatis salarium ante finem litis, Clientes, de patrocinio fideliter praestando, cautionem sibi expetere possint. arg. L. 58. §. fin. ff. Loc.

### §. XXVIII.

*De palmaris  
Advocatorum  
corumque na-  
tura.*

*Differentia  
inter salari-  
um, honora-  
rium & pal-  
marium.*

Prater salario minime raro palmaria etiam promitti. Advocati solent, quorum natura est, quomodo Advocato ex animi grati significatione atque ex liberalitate quid dari vel promitti, ob victoriam, a Cliente solet, TABOR Tract. de suffragio Pericop. 4. §. 40. Inter salarium pariterque honorarium, atque inter palmarium id discriminis intercedit, quod salarium et honorarium, non, ut palmarium, victoriae causa, atque ex sola referendae gratiae voluntate extraordinaire, sed pro opera et patrocinio, in remunerationem et compensationem, ad instar quasi mercedis, ac pretii, datur & promittitur, conf. JACOBUS GOTFREDUS in Tract. de Salariis Cap. 1. §. 3. quamvis negari nequeat, vocem salarii & palmarii haud raro pro Synonymis haberi. Vid. UMMIUS ad Proc. Disp. 2. tb. 10. n. 45. HIERONYM MAGON. Decis. Florent. 12. n. 2. ubi sic: Debetur enim Advocatis salarium, quod palmarium seu honorarium honorificentius appellatur. notandum

dum tamen interim, in sensu latiori hoc admitti posse. B. LAUTERBACHIUS de Palmario Advocatorum,  
Cap. 2. tb. 5.

## §. XXIX.

**E**ademus quaestio: utrum pactiones de palmario Pactum de palmario num sit licet tum? præstanto, Advocatum inter & Clientem initæ, sint licitæ? inter Doctores, multa cum diffensione, agitatur. Etenim hujusmodi pactis præberi occasionem vexandi Adversarium putatur. Insuper præsumitur, fore, ut, promissio palmario, Advocatus, quaenque ratione, per fas nefasque victoriam obtinere contendat; additur, has in fraudem prohibitæ redemptionis litis, pessimo exemplo, inventas esse, easque speciem præferre avaritiae, quæ tamen ab Advocatis quam longissime abesse debet. Conf. L. 6. §. 5. C. de postul. SPECKHAN. Cent. 2. Claff. 4. Qu. 45. n. 1. ZOESIUS adff. Tit. de postulando. n. 7. BARBOSA ad L. 5. Cod. de postul. Quinimo etiam creditur, ob metum concussio-  
nis, pacta & contractus inter Advocatum ejusque Clientem videri prohibitas. L. 6. f. 2. Cod. de postul.

## §. XXX.

**A**t enim vero distinguendum hic esse judicamus in-  
ter palmarium, quod lite finita demum, et id, Distinguitur inter palmarium um lite pen-  
quod durante adhuc lite dari, promittive solet. In eo dente & ea si-  
enim, cum, quicquid datur, promittiturque, ex lœtitia nita promis- sum.  
exultante, animique voluptate, ob litis victoriam, prospero ductu partam, dari promittique soleat, ideo-  
que cessent rationes dictæ, quid, quælo, subesse poterit illiciti? Confer. PAULUS BUSIUS in L. 1. §. in ho-  
norariis, ff. de extraord. cognit. ubi, rametse, inquit, re be-  
ne succedente, liberale utcunque præmium largiri parti ho-  
nestum Advocato sit, quod confirmat pariter MENO-  
CHIUS

**CHIUS** de Arbitrar. *Jud. Quæst. Cas.* 522. n. 9. Unde **FARINACIVS** *Prax. Crim. Qu.* 106. n. 50. afferere haud dubitat, nec pæctum de quota litis, quod alias *Advocatis* prohibitum est *L. 5. et 6. Cod. de postul.* causa tandem finita, veritum esse, sed *Auctorem*, victoria reportata, partem rei, vel quantitatis adjudicatæ, *Advocato* cedere posse. Lite enim sopia amplius pæctum de quota litis parum recte dicitur, cum lis posthac non supersit. Confer. *B. BRVNNEMANVS Tract. de Cessio[n]e Action. Cap. 2. n. 49. et n. 56.*

### §. XXXI.

*Quid si lite  
ad huc pen-  
dente palma-  
rium promis-  
sum sit?*

Dubii vero plusculum habet quæstio, an palmarium promissum vel datum, censendum sit validum, quam durante adhuc lite, sub conditione hac, eumque in casum facta promissio, si victoriæ litis reportaverit *Advocatus*. Dantur non pauci, qui affirmant, idque, monente *B. BRVNNEMANNO in Tract. de Cess. Act. Cap. 2. n. 48.* vel ideo, quod hæc quæstio pro marsupio sit; quare etiam *JACOBVS BOVRGIVS de Advocatis Cap. 44. p. 346* scribit: illud autem dubitationem habere non existimamus, licere nimirum *Advocato* cum *Cliente* hoc modo pacisci: si *Victor* ex his virginis solves, si causa cecideris, nihil omnino, quod nos, ab quando fecisse recordomur, *Clientibus* talem conditionem actionem sponte offerentibus, confer. *JACOBVS MENOCHIVS de Arbitr. jud. Quæst. Cas.* 522. n. *BERLICH. P. 1. Concl. 9. n. 76. CARPOZIVIUS P. 1. Conf. 1. Def. 24. n. 4. et Def. 34. n. 2. PAUL. CHRISTIN. Vol. II. Dec. 99. n. 27.* qui tali in causa Supremam Curiam Mechlinensem pro *Advocato* judicasse, eidemque optimum palmarium, in casum victoriæ promissum, adjudicasse refert.

### §. XXXII.

## §. XXXII.

**A**lli contra recedunt ab hac opinione, ita tamen, *Dissentiantur*  
**A**ut certos quosdam casus excipient, quos B. LAU- *alii.*

TERBACHIUS in *Dissert. de Palmario Advocatorum th.*

27. *segg.* refert, de singulis, quid sentiat, subjiciens.

Nostram ut dicamus sententiam, non diffitemur, o- *Nostra sen-*  
*tentia addi-*  
*minia ejusmodi pa&ta, quæ durante & nondum fini-*  
*ta lite inter Advocatum ejusque clientem ineuntur,*

prorsus invalida atque illicita censenda esse, propter  
*rationes in §. 29. adductas: Quæ sententia nostra con-*

*firmatur in Ord. Judic. Sax. Recogn. Tit. III. §. 1. circa fin.*

*ibi: und wie ihnen ohnedem in denen Rechten de,*

*quota litis zu transfigiren oder Processe zu redimi-*

*ren, und an sich zu handeln verbothen; Also wol-*

*len Wir hiermit, und aus bewegenden Ursachen,*

*und wegen des öfters verspührten Missbrauchs*

*deniesselben gleichfalls in casum victoriae oder sinistrae*

*litis, absonderlich Palmaria oder Honoraria zu sti-*

*puliren, untersaget, und es da nichts desto we-*

*niger geschehen sollte, alle dergleichen Pa&ta und*

*Versprechungen hiermit vor ungültig erklähret*

*haben. Doch bleibt denen Clienten nach geendigten Proces,*

*aus freyen Willen, gegen ihre Advocaten, so ihnen in ihren Sachen treulich gedienet,*

*ihre Erfältlichkeit zu bezeugen unbenommen.*

## D

## §. XXXIII.

## §. XXXIII.

*Illicita pal-  
marii promis-  
sio, num ju-  
rejurando  
possit confir-  
mari?*

*An Jure Ca-  
nonico?*

Inde putamus fluere, promissionem palmarii, quatenus legibus est prohibita, nec juramento accedente corroborari, validamque reddi. Id quod, quia Jus Civile, eo minus dubii habet, cum juramentum tale, sit accessorium, ideoque naturam actus principalis consequatur, maiorem haud habens validitatem, quam quidem ipsum negotium alias in se habere videtur. *L. 5. C. de LL.* At enim vero e Juris Canonici principiis magis dubia censenda quæstio: Secundum hoc enim juramentum præstitum servandum, sicut actus alias nullus sit. *Cap. 28. X. de jurejur. Cap. 2. de pactis in brevi.* quod & hodie in Praxi sequimur. Sed quid? nihilosecius nullo, ne quidem Canonico Jure, pactum tale, jurejurando corroboratum, servandum esse judicamus, cum, quemadmodum saepius monuimus, pacta ejusmodi atque conventiones Advocatis ansam præbere soleant, quo cunque modo, licitis illicitisque mediis, fraude & mendaciis, corruptionibus, per fas, nefasque victoriæ palmam extorquendi, quo tamen pactolites haud raro protrahuntur, & ipsa Respublica admodum graviter læditur. Et quid tandem? impiam vocant ipsa sancta Juris Canonici promissionem, quæ scelerare adimpletur, in eaque fidem potius rescindendam, *C. 5. C. 22. Qu. 4.* quinimo juramentum iniquitatis vinculum non esse debere, probatur *C. 18. seqq. C. 22. Qu. 5.* nec etiam juramentum servandum esse, quo tertius, multo minus, quo Respublica læditur, afferritur

*XXXII.*

*d*

ritur Cap. 28. X. de jurejur. Accedit, aetum, ubi cum cliente Advocatus lite pendente, & causa nondum finita, contrahit, de litis eventu in casum victoriae pacifcens, penitus vetari, L. 6. s. 2. L. 5. C. de postulando. L. 1. s. 12. ff. de extraord. cognit. arg. L. 6. s. fin. & L. 7. mandati. quæ autem legibus absolute prohibita sunt juramento confirmari nequeunt, utpote in paciscentium arbitrio haud posita, ut ipsorum partis, tanquam privatorum, tolli possint, præsertim, quum speciem delicti, contineant. D. N. BOEHMER *Jus Ecclesiast. Protest. Lib. II. Tit. 24. §. 24.*

## §. XXXIV.

**R**estat, ut de Advocatorum honorariis, agamus De honorariis Advocatorum.  
 quæ Advocati petere possunt, et si promissa non  
 sint L. 1. princ. & §. 10. ff. de Var. et extraord. cogn. L. 13. §.  
 9. C. de jud. TRENTAC. Lib. 2. Tit. de postulando Resp. 1.  
 n. 14. FINCKELTHAUS Obs. 98. n. 46. seqq. quinimo  
 etiam victoria non reportata, CARPZOVIVS Lib. III. Resp.  
 13. nisi culpa negligentiaque causam amiserint, quo  
 casu, cum ad damni restitucionem teneantur, hono-  
 rarium illis, vel ideo magis, denegandum. arg. L. 8. §.  
 4. in fin. ff. qui satisfare cog. B. HORNIUS Class XII.  
 Resp. 82. p. 903. b. addatur Ordin. Saxon. Sportularum ar-  
 que Expensarum sub dato d. 10. Januarii 1724. promulgata,  
 ubi sic in fine: Jedoch sollen die Advocaten behöri-  
 gen Fleiß und Treue anwenden.

D 2

§. XXXV.

## §. XXXV.

*Quomodo ta-  
xari debeant  
Labores Ad-  
vocatorum.*

**A**dvocatorum labores ex quo censeantur, sigilla-  
tim jure civili nihil habetur, cum labor ingenii  
inter res inestimabiles referatur. HAHNIUS ad WE-  
SENBECIUM Tit. Mandati n. ult. CARPZOVIVS in  
Process. Tit. I. Art. i. n. 51. Interea peccat Advocatus, a  
cliente summæ quantitatem exigens immodicam. Et  
hic enim modus servandus, ne sub specie compen-  
sationis laborum, spolientur alii, JACOBVS GO-  
THOFREDVS de salar. Cap. 7. ib. 1. Qua propter, im-  
modico honorario petito, ad judicem merito refer-  
tur causa, qui ex bono et æquo, quid, quantumque  
debeat, pronunciat, quemadmodum laudatus GO-  
THOFREDVS c. I. C. 2. ib. 3. lit. b. ex L. i. §. 10. ff. de Var. et  
extraord. ergnit. docet. Honorarii vero quantitas pro  
modo litis, Advocati facundia, et fori consuetudine,  
estimatur. L. i. §. 10. L. 4. ff. de postulando, ita tamen,  
ut monente DN. MARTINI ad Ordin. Judic. Saxon.  
Tit. III. §. 1. n. 26. et 250 non foliorum, quæ conser-  
pta sunt, habenda tantum ratio, sed ad ingenii felici-  
tatem etiam, et ad realia allata, attentendum sit. Ad-  
vocatorum enim est officium, uti oratione circum-  
cisa et brevi, pauca eaque bona, allegare, esse facun-  
dum, non garrulum et procacem, qui, quicquid in  
buccam, effutit, evomitque. DN. MARTINI d. l. in  
Suppl. n. 27. 28. 29. 30.

## §. XXXVI.

*Quid in Sa-  
xonia?*

**I**n Saxonia peculiare, uti monuimus supra *Mandatum Regium sub die 10. Januarii 1724.* prodiit, quo singuli  
Advocatorum labores estimati leguntur. Cum ve-  
ro

ro omnes ad certam aestimationem adstringi non potuerunt, tum in *Mandato Regio Taxa dictæ præmisso*, §. 14. dispositum reperitur: Es bleibe aber dennoch denen Advocatis unbenommen, wenn Sie bey wichtigen, weitläufigen und mühsamen Sachen, ein Mehreres verdienet zu haben vermeynen, solches, und was sie von ihren Principalen vor ihre labores zu prætendiren befugt zu seyn, glauben, heym rechtlichen Verfahren ad Acta, und unter die Schriften und Deductiones bey Subscription ihres Nahmens zu liquidiren, und um dessen richterliche Ermäßigung anzusuchen, die dann nach Gelegenheit der Personen, der Zeit und angewandten Mühe, Fleisses und anderer Umstände, ex bono et æquo bey dem nächsten Rescript oder Urtheil mit erfolgen soll.

### §. XXXVII.

**U**ntrum vero Advocatus aestimationem legalem, la-  
boribus suis constitutam, pacificendo defu per cuu-  
lente, excedere, sibique ab eo summæ quantitatem  
majorem stipulari possit, non sine ratione queritur?  
*HUBERUS in Praelectionibus Jur. Civ. Tit. de extraord.  
cognit. et si judex litem suam fecerit §. 4. judicat, Advo-  
catis tale quid denegandum haud esse, tum, quod ju-  
risprudentia sit res inestimabilis, tum quod Taxæ ju-  
diciales istud, quod minimum est, quo Clientes de-  
fungi queunt in Contradictorio, exprimant, non quod  
pro dignitate meritoque Artis honorario sufficiat. At  
contrarium, qua Saxoniam potissimum, verius judi-  
camus, nec Advocatum plus, quam in Taxa præscri-  
putum, ne pacificendo quidem, a Cliente sibi stipulari  
posse,*

D 3

posse, firmiter statuimus. Licet enim in se Jurisprudencia res videatur inestimabilis, ut videlicet horum intuitu, qui eam exercent, tribui merces, eaque certa constitui nequeat, et proportionata; Principis tamen curæ providæ liberum erit, in suorum subditorum salutem, ne nimia improborum Causidicorum avaritia, bonis spolientur, publica lege decernere, quid, quantumque Advocato pro labore sigillatum dari velit. Quid enim? si Advocato plus petente, quam quidem fas videtur et æquum, judicis ex arbitrio decernendum operæ pretium; Multo magis, Advocatorum operas censendi potestas Principi integra sit, oportebit. Accedit, Taxarum, estimationumque finem in eo rarissime positum, ut ostendatur, quicquid forsan ad minimum pro labore queant Advocati petere, ut potius in favorem Clientum, ne plus ab his, quam constitutum determinarumque, possit exigi, promulgari ejus generis Mandata videantur. Referendum huc in Saxonia nostra *Mandatum Regium sub dato d. 10. Januarii 1724.* promulgatum, ubi sic disponitur: Damit auch von denen Advocaten und Procuratoren ihren Principale, Clienten und Constituenten zur Ueberhühr nichts abgesfordert, noch sonst jemand mit allzu hohen Liquidationen überzeugt werden könne, haben wir gleichhergestalt die Gehüren derer Advocaten und Anwalde in eine billigkäufige Taxam bringen lassen, nach welcher sie hinfot ihre Arbeit und Bemühung lediglich bezahlet nehmen, und keinen mit Ansatzung eines mehrern beschwerlich fallen sollen.

§. XXXVIII.

## §. XXXVIII.

**Q**uamvis autem, uti in antecedentibus dictum fu-  
rit, nec pactio in contrarium, vel maxime etiam  
jurejurando a cliente corroborata, admittenda,  
MARTINI ad Ordin. Judic. Sax. Tit. III. §. 1. n. 244. si sponte plus  
ibique allegati Dd. Attamen, si Cliens ultro, suaque  
sponte plus offerat Advocato, atque exsolvat, id sal-  
va conscientia ab Advocatis accipi posse, probant  
INNOCENT. ad C. quia plerique 2. vers. sed quid dices  
X. de immunitat. Eccles. BENIUS de privilegiis J. Ctorum  
Part. III. tb. 73. n. 8. addantur TRENTACINQVIUS in  
Vor. Resol. L. 2. de postul. Resol. I. n. 2. & GVIDO PAPA  
Decis. go. qui, Advocatum, plus constituto pretio ex-  
igere posse, afferunt, si causa videlicet sit ardua, ut  
propterem majorem operam adhibere cogatur, quam-  
quam dubitamus, an Advocatus in Saxonia majorem  
summam pacisci sibi queat, ob verba in §. 36. Mandat  
Regii supra commemorati.

## §. XXXIX.

**P**ræter salario promissa et honoraria promerita, Ad-  
vocatis etiam expensæ debentur alimentorum, <sup>Advocati pre-  
ter salario ac honoraria</sup> Zehrung und Fuhrlohn.  
SURD. de Aliment. Tit. I. Qu. 68. n. 1. et Tit. IV. n. 6. <sup>sumptus ali-</sup>  
gauisches Ausschreiben, Tit. von Advocaten s. so ein  
Rechtsgelehrter, ibi: aber nothwendiger Zehrung.  
Equidem B. RIVINUS ad Ord. Jud. Sax. Tit. XXXVI.  
Enunc. 23. falli, dicit, Advocatos, si sibi habeant per-  
suasum, non modo pro singulis parasangis unum tha-  
le.

Ierum, cum cæteris sumtibus erogatis, sed præterea etiam honorarium pro navata opera deberi, hac inductus ratione, quia Advocatorum copia ubique locorum detur. At enim vero, uti Clientis in arbitrio possum, cuius Advocati consiliis uti velit, ejusque etiam elonginquo adducti; ita hoc factio, sumptus in iter factos, die Reise+ Kosten, præter honorarium pro opera, eo magis solvere tenetur, præsertim cum, qua Saxoniam, in Taxa, Advocatis præscripta, n. 25. expresse dispositum inveniatur, Advocatis præter expensas vecturæ atque alimentorum pro singulis miliaribus, si titulo Doctoris vel Licentiati insigniti sint, thalerum, sin minus, 16. grossos a clientibus solvendos esse. Interim hoc concedimus, si Adversarius in restitutionem expensarum condemnatus fuerit, sumptus, in Advocati, e longinquo adducti, iter factos, repeti minime posse, ubi eo in loco, quo causa ventilata est, Advocatus ejusdem conditionis et qualitatis haberit potuerit, cum factum tale, sine necessitate, susceptum, tertio praejudicare nequeat, quo de causa etiam praejudicium, quod c. l. adducit B. RIVINVS agere videtur. Neutquam vero Advocatus, vel Procurator, damnum, quod in itinere passus est, vel si quid alias perdidit, a cliente repetere poterit, cum casui magis, quam mandato, id impunitandum. L. 26. §. 6. ff. Mandati BERLICH. P. 1. Concl. 10. n. ult.

§. XL.

## §. XL.

**A**n Advocatus, propriam orans causam, victoria reportata, ab Adversario, in expensas condemnato, honorarium petere, atque exigere possit? inter se variant Doctores, sicuti pluribus id deducit JOHANNES SEBASTIAN OHEIM in *Dissertat. de Salario Advocati in propria causa vincentis.* Reste tamen monet

*Num in propria causa trattata ex. penas ab Adversario repe-*  
*tere possit?*

DN. WERNHERUS *Part. VI. Obs.* 279. usu fori receputum esse, quod tunc Advocatus salarii ac honorarii nomine nihil petere queat, nisi probet, proprium Processum dum curaverit, sese impeditum fuisse, quo minus alii patrocinari potuerit, vid. *L. u. s. i. ff.*

*ad exhib. CARPZOVIVS Part. I. Conf. 37. Def. 12. Quid autem? cum difficillima sit ista probatio, ut ideo ni-*

*Cautela tra-*  
*ditur.*

hil consecuturus videatur Advocatus, tum sane utilis hæc cautela notanda, ut in propria causa alterius Advocati opera, vel saltem ejus subscriptione utaris.

DN. WERNHER c. l. Interim hoc non transgrediendum, Advocatum, si socius sit in causa communi, pariterque munere Advocati fungatur, a reliquis restitucionem expensarum, subtracta tamen rata sua, si causæ utilitas simul ad ipsum spectet, rectissime, & jure, petere posse: Namque, si in propria causa Advocatus per modum Interesse, et damni restitucionem expensarum ab Adversario petere potest, quidni socio idem competere beneficium, afferamus? cum patrocinii præstatio a causa societatis separata sit, et nemo gratis laborem in se suscipere teneatur. Accedit, quod alii Advocato, majorem forsitan, vel minimum

*Quid in cau-*  
*sa communi?*

E

eandem

eandem summatam solvere debuissent. Confer. GAILIUS  
Observ. 15. n. 20. CARPZOVIUS in Proc. Tit. XXIV.  
Art. 2.

*Quando Ad-  
vocatis hono-  
rarium sol-  
endum?*

### §. XLI.

**H**oc denique notatum haud indignum, Advocatis honorarium promeritum non finita demum lite, sed in singulis statim Terminis in judicio observatis, simul ac finitus est Terminus, deberi, adeo, ut in solvendo, si morosus sit Cliens, patrocinium ulterius declinare queat Advocatus. MENOCHIUS de Arbitrat. Jud. Quest. Lib. 2. Cap. 494. n. 8. B. STRYKIUS de privil. legiis Advocatorum Cap. III. n. 6. Quum vero, quod sa- pius accidit, ratione quantitatis, dubium obveniat, in Ordin. Judic. Sax. Rec. Tit. XXXVI. §. 3. sequentia eo de casu disposita leguntur: Es haben auch so wohl die Richter, als Advocaten jederzeit vor Verschickung derer Aeten eine richtige Liquidation ihrer Gebühren zu übergeben, damit darüber in dem Urtheil zugleich erkannt werden könne, und da solches nicht geschähe, bleibt der Punct derer Expensen bis zu künftigen Termin und Verfahren ausgesetzt.

### §. XLII.

*In Causis pau-  
perum hono-  
raria num pe-  
tit possint?*

**Q**uæ de honorariis hucusque dicta fuerunt, ea in causis pauperum, qui jura paupertatis legitime consecuti sunt, paulo aliter se habent. Extra Saxoniam enim, nisi peculiaris Advocatus pauperum constitutus, cui publicum salario statutum, ex Fisco, in causis pauperum, Patrono satisficeri solet. arg. L. 9. §. 5. ff. de Officia Procons. L. 19. ff. de pan. ORD. CRIM. Art.

*Art. 47. præsertim cum Advocatus extraneus patrocinetur, qui multo minus ad operam gratis præstandam, obligatus est, arg. L. i. s. 10. & 12. ff. de extraord. cognit. Cap. 16. X. de præscr. At in Saxonia, in judiciis prælertim inferioribus, & ubi specialis pauperum Advocatus constitutus non est, sequentia in ORD. JUDIC. SAX. RECOGN. Tit. I. s. 12. disposita sunt: Das zusördert ein Advocatus in loco judicii, oder da keiner daselbst zu finden, aus dem nächst angelegenen Orte, zuzuordnen, welcher denn ohne gnugsam erhebliche Ursachen dem angesonnenen Patrocinio bey Vermeidung der Suspension a Praxi sich nicht zu entziehen, noch vor seine Mühe und Schriften, außer, was den nothigen baaren Verlag, auch Reise- und Zehrungs-Kosten betrifft, pendente Processu, und bis zu dessen Austrag etwas zu fordern, oder zu nehmen, nichts desto weniger aber inzwischen die Sache seinem besten Wissen und Gewissen nach wohl zu beobachten, und dabei nichts zu verschenken, oder zu versäumen, widrigen falls aber dem Parte vor allem durch seine Verwahrlosung zugezogenen Schaden selbst zu stehen und zu haften hat.*

**R**eportata a paupere victoria, vel per transactio  
nem, vel per sententiam, aut vita meliori sorte  
a fatis indulta & auctis facultatibus, pauper d. 1. §. 14.  
Advocato prōmeritum in causa honorarium, quod  
propterea a Termino ad Terminum von Zeit zu Zeit  
bey jeden Termin ad Acta consignandum, statim,  
E 2 vel

*Quid si succubueris?*

vel ad minimum intra Terminum Saxonicum, sub pena executionis, vel carceris, solvere tenetur; Si vero succubuerit, pariterque ex Actis appareat, ipsum contra juramentum malitia temere litigasse, non solum ad solutionem expensarum condemnandus, sed & si has restituere non valeat, aut carceris pena plementus, aut eo usque compellendus est, ut operis suis, durch Arbeit, Advocato & Adversario æque satisfaciat.

## §. XLIV.

*Quae actiones ad petenda salario ac honoraria competant?*

**A**ctiones ad petenda salario ac honoraria Advocatis competentes, varie distinguunt Doctores, quemadmodum patet ex MULLERO ad STRUVIUM Tit. de postulando Tb. 2. lit. y. Autenim dicunt, si nullum sit promissum salarium, extraordinariam persecutionem, seu implorationem Nobilis Judicis Officii, competere, juxta L. 1. f. 12. ff. de var. & extraord. cognit. aut, si ejusmodi promissio facta sit, videndum esse asserunt, numquid certi, incertive, salarii loco, promissum sit; Priori in casu conditionem certi, posteriori actionem ex stipulatu competere judicant. Vid. f. 1. I. de Verb. Oblig. L. 24. ff. de Rebus credit. At enim vero, ad has, aliasque actiones, quas passim in medium proferunt Doctores, sine necessitate, hodie cum primis, transcensum fieri putamus, tum, quod salario acque honoraria Advocatorum extra ordinem peti solent. L. 7. ff. Mandati tt. ff. de extraord. cognit. HAHNIUS ad WESENBECIUM Tit. Mandati n. ult. CARPZOV. in Proc. Tit. I. Art. I. n. 51. tum etiam, quod hodie ex quo-vis nudo pacto, ex deliberata animi sententia initio, valida

valida actio potest institui. B. STRYKUS in *Uso Magisterio f. Tit. de pac*.* §. 2.*

### §. XLV.

**Q**uinimo Advocatus, ut obtineat salarium, vel honorarium promeritum, poterit sibi consulere exceptione doli mali, per retentionem Actorum ac instrumentorum, arg. L. 25. f. fin. L. 26. L. 46. f. 6. ff. de procurat. L. 53. ff. de pac*.* GAILIUS L. II. Obs. 12. n. 5. D. N. TROPPANEGER de retentione Actorum Advocato ob salarium non solutum competente §. 15. Si enim factribus & tutoribns pro mercede jus retentionis competit, qua vestes & calceos, usque dum ipsis, licet materia aliena sit, satisfiat, prout statuunt BALDUS in L. ult. C. *Commodati* n. 1. GAILIUS d. l. multo magis Advocatus, cuius salarium ac honorarium majoris dignum favoris, Acta atque instrumenta, donec satisfiat, retinere poterit, arg. L. 14. §. 1. ff. commun. divid. id quod tamen fallit in Actis publicis, quæ, ut exhibeantur, Reipublicæ interest, nec jus retentionis tertio, multo minus publicæ utilitati, quæ semper privatæ præferenda est, nocere debet, L. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil. CARPZOV. Part. II. Conf. 25. Def. 23. n. 6.

Potest etiam  
uti retentione  
Actorum.

Limitatur.

Quidam

### §. XLVI.

**I**llud postremo observandum hoc loco putamus, Ratione hono-  
Advocato ratione salarii atque honorarii promeri- rarii ac sala-  
ti foro singulari gaudere. Monente enim D. N. de rii gaudent  
BERGER in Supplementis Ele&g. Disc. For. P. 7. Tit. 5. n. pag. 22. Advocatus coram iudice causæ & ubi pa- Adlocati foro  
trocinium præstítit, Clientem ratione salarii ac ho- singulari.

E 3 I I nora-

*Jura peculii  
quasi Castren-  
sis habet.  
Alia privilegia  
adducuntur.*

nōrarii convenire potest, licet hic alioquin eum prō  
competente non agnoscat, propterea tamen in primis  
quod quasi contrahitur iu judicio, nec causæ conne-  
xio dividenda. Præterea ejusmodi salario & hono-  
raria jure peculii quasi castrensis gaudent, si debean-  
tur sub patria potestate constituto. B. BEYER ad ff.  
*Tit. de posulando, §. 40.* Refert etiam B. BRUNNEM.  
*Confil. 13.* salarium Advocati, qui feudi causam tutatus  
est, inter onera istius feudi, & NICOLAI Resol. 18. Advo-  
cato ratione promissi salarii, vel honorarii promeritis,  
privilegium prælationis tribuit, ea potissimum in re,  
quam suo conservavit patrocinio, quamvis id hodie  
in Saxonia, ubi per Ordin. Recogn. privilegia personalia  
una cum hypothecis tacitis sublata sunt, non multum  
utilitatis amplius præsteret. Afferitur insuper, salario ac  
honoraria, cum ad vi etum pertineant, privilegium ha-  
bere immunitatis ab Arresto, quinimo, executionem  
in ea fieri non posse, nisi deficientibus aliis bonis, mo-  
nent MEVIUS Part. VIII. Dec. 433. CARPZOV. Part. I.  
*Conf. 29. Def. 32.*

*Conclusio.*

Plura adhuc hic, quæ materiæ splendoris quid arce-  
fere poterant, adducere licuisset; Verum, dum pro  
temporis & instituti ratione hæc proposuimus, satis  
putamus factum officio nostro. Faxit præpotens  
NUMEN, ut, quicquid a nobis suscipitur im posterum,  
istud semper in proximi vergat utilitatem, atque  
emolumenntum, sanctissimique sui NOMINIS glo-  
ria unicus omnium nostrorum conatum  
scopus sit &

F I N I S.

ORDINIS IVRISCONSULTORVM  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T. PRO-DECANVS  
**I O. P A V L V S**  
**S C H R O E T E R**

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET ELECTO-  
RIS SAXONIAE IN SVMMO PROVOCATIONVM  
SENATV CONSILIARIVS ET IUDICII PRO-  
VINCIALIS IN MARCHIONATV INFE-  
RIORIS LVSATIAE ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ORDINIS IACOBONIATORVM  
ACADEMIV ALTEMPIRENSI  
H.T. PRO-DECANAS  
I.O. P. A. V. T. A. S  
SCHROETER  
GOTtingensis Toloniensis Regiae et Mercatoe  
Eis Sacrae in summo praeceptioinum  
Senatus consilivias et iudiciorum pro  
singulis in harmonia tene  
Nobis lustratae assessor

L. F. G. O. R. I. BENEDICO



Q. D. B. V



Rudenter admodum et cum summa ratione a iuris nostri Conditoribus constitutum, ne in uno eodemque negotio aliquis partibus iudicis et magistratus uel eius assessoris et consiliarii simul, nec qui olim fuit Aduocatus, postmodum in eadem causa iudicis munere fungatur, in quam rem extant textus in l. 6. pr. C. de postul. l. 14. pr. C. de Assessoribus. l. 5. de off. assessor. l. 17. ff. Jurisd. cum incompatibile sit ut, quis consilium suggerat et pro parte loquatur, et, simul iuri consonam sententiam ferat MENOCH. lib. 1. arbitrar. Q. Q. qu. 73. n. 4. BRVN-  
NEM. ad l. 6. C. de postul. n. 2. quod latius et pro more solidissime exponit ZIEGLERVS. in Dicafice Conclus. 19. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Vnde et Summi Ele-  
ctoralis Sax. prouocationum Senatus Praeses  
et Con-

et Consiliarii ex praescripto Ordinationis huius  
summi Tribunalis iureiurando inter caetera se-  
quentem in modum adstringunt: Will mich  
auch allenthalben in Sachen zwischen mei-  
nes gnädigsten Herrn Unterthanen, und an-  
dern, so vor diesem Gericht zu thun haben, so  
lange ich dem Gerichte verwandt bin, aus-  
serhalb der Sühne, wissentlich zu ratthen oder  
zu schreiben, wenn die vor dieses Appella-  
tion - Gericht kommen sind, enthalten. Id  
quod totidem uerbis in Ordinationibus Curiae  
Prouinc. Supremae Lips. et Curiae Vitember-  
gens. continetur. Cum uero allegata iura de  
casu quando quis in eodem foro simul et Iu-  
dicis uel Assessoris, atque Aduocati officia susti-  
nere et partibus litigantibus patrocinium praesi-  
stare praesumit, concepta nec rationes ultra  
haec spatha porrectae, in quaestione uenit,  
num Iudici uel Assessori in alio iudicio uel in-  
stantia parti, pro qua uel contra quam sen-  
tentiam pronunciauit, patrocinari et Aduocatum  
se gerere, integrum et licitum sit? Et prius  
quidem absque haesitatione merito affirmatur.  
Cessat enim hic prohibitionis ratio, et in se-  
cunda instantia non cognoscit, nec iudicat,  
qui in prima iudex fuit, sed postea quam se-  
mel sententiam dixit, iudex esse definit.

1. 55.  
ff. de

ff. de re iud. adeoque non metuendum, ne ex affectione iniustam ferat sententiam; et cessat in hoc casu suspicio SCHILTER in Corollar. 5. ad exerc. ad ff. 10. quin potius, cum ad eius estimationem pertineat, ut rite, recte et iuste iudicasse det demonstratum, non per sordes aut gratiam, iurisue, uel facti ignorantiam, non tam litigatori, pro quo iudicauit, sed sibi ipsi patrocinium praestitisse intelligendus est; et quemadmodum appellare possunt omnes, quorum interest. l. 1. pr. ff. de appell. recip. ita multo magis indicatum licet defendere omnibus, qui sua putant interesse. Imo effato iuris Consulti MAECIANI in l. 85. §. 2. ff. ad Sd. Trebell. publice interest, ut constet sententiis et rebus iudicatis sua autoritas, nec quae bene sunt pronunciata, noui patroni malitia uel imperitia facile conuellantur, sed sententiae uires rei iudicatae acquirant et lites quantocius finiantur, quod commodissime obtineri potest, si ludex, primae instantiae, qui iuris et facti, in quibus innixa optimam et accuratam notitiam natus est, quam tulit sententiam in secunda instantia ipse tueatur. Nec obstat, quod hac ratione euenire queat, ut a iudice suam sententiam defendente eius fundamenta et rationes decidendi propalentur, indeque aduersae

parti ansa detur, et uia aperiatur eas impugnandi, et uel hoc modo sententia euertatur, quod tamen, ut declinetur, rationes, quae judicem mouent, regulariter non sint ab eo expri-  
 mendae, c. 16. X. d. sent et re iud. IOH. PETR. de  
**FERRARIIS** in *Practica aur. form. sententia defin.* §. re-  
 laxandum n. 4. p. m. 215. ubi periculum esse, et fa-  
 tuum illas exprimere, si possit cum silentio per-  
 transire, quia sententia possit de nullitate redar-  
 gui, si causa reperiretur falsa uel erronea asserit.  
**Conf. CARPZ.** in *Proc. tit. 16. art. 1. §. 65. seqq.* Haec  
 enim hodie in his regionibus ex lege publica  
 secus se habent, et mandato Regio atque Ele-  
 torali d. g. Marrii 1715. iubentur Dicasteria, senten-  
 tiarum definituarum, et quo uim definitiuae ha-  
 bent, et si libelli angebrachter maassen reiiciuntur,  
 quem postremum casum et de **FERRARIIS**  
 inter limitationes regulae c. l. n. 5. refert, rationes  
 decidendi edere. Quin et iudici a quo appellanti  
 Apostolos refutatorios dare hodie integrum  
 est, et tenetur in iis causas et rationes, quare bene  
 iudicatum et appellatio friuola sit, ex Actis de-  
 promptas, superiori exponere **CARPZOY.** l. 3. R.  
 III. n. 7. M E V. p. 6. Decis. 13. quo ipso etiam  
 sententiam a se dictam tuetur eique patrocina-  
 tur. Atque haec nostra aiens sententia com-  
 muni Iuris Consultorum tam ueterum quam  
 recen-  
 1715Q

recentiorum Scholae semper probata fuit. Iam enim sua aetate G V I L E M . D V R A N D V S , uulgo Speculator dictus , in *Speculo lib. 1. partic. §. 3. de iudice deleg.* n. 1. nullo iure prohiberi , qui uult esse Aduocatus in appellationis instantia in causa , in qua fuit Iudex , scripsit. Secuti sunt eum A N T O N . F A B E R in *Cod. lib. 2. tit. 5. B E R N H . W V R M S . lib. 1. tit. 1. Obs. 7. M A S C A R D V S d e Probat. Vol. II. Concluſ. 950. n. 1. F R I D E R . H I L T R O P I V S in *Procesſi p. 1. tit. 19. n. 38. et 98. B R V N N E M . ad l. 6. C. de poſtul. n. 6. M E V . ad Ius Lubec. lib. 2. tit. 1. art. 13. n. 19. S C H I L T E R ſupr. cit. l. B. M E N C K E N in tract. Synopt. Proc. Disp. 4. ſ. 1. N O B . D N . de B E R G E R in *Oeconomia Iuris lib. 4. tit. 8. ſ. 2. n. 7. Quamuis uero F R A N Z K . lib. 2. ref. 13. n. 18. hanc ſententiam ſimpliciter intellectam , ideo non ſatis tutam eſſe autumet , quod mul- tis modis fieri poſſit , ut cauſa praefertim , ſi ab interlocutoria appellatum ſit , ad iudi- cem prioris instantiae reuoluatur ; Attamen ſi ab interlocutoria appellatum , illa a iudice , qui eam dixit , defensa in ſecunda instantia , uel corrigitur , uel conſirmatur ; priori cauſa , cum cauſa principalis a iudice appellatio- nis et in ſecunda instantia ſit definienda , nec regulariter locus ſit remiſſioni ad priorem in- ſtantiam , metus iſte fruſtraneus eſt , in posteri- ore***

ore uero casu, super quaestione, de qua interlocutorie pronunciauit iudex primae instantiae, lis est finita, nec secuta remissione amplius in disceptationem uenit, nec desuper iudicandum est et cum ex confirmatione pateat, iudicem primae Instantiae bene et iuste iudicasse, patrocinium suae interlocutoriae in appellatio-  
nis instantia praestitum non Oberit, quo mi-  
nus causa principalis eius definitioni sit com-  
mittenda. Nec ad arcendum ab hoc patro-  
cinio iudicem primae Instantiae quicquam fa-  
cere potest, quod ZIEGLERVS in *Dicafice con-*  
*clus. 19. s. 10.* consentientibus aliis tradit, ho-  
nestius agere iudicem, si a tali patrocinio ab-  
stineat, ne uideatur uni plus fuisse quam alte-  
ri, uel ut D V R A N D V S c. 1. loquitur, ne ma-  
lum cemmercium praesumatur tempore, quo  
iudex erat habuisse. Omnes enim, quo-  
rum haec est opinio, cum admittant hoc patro-  
cinium nullo iure prohiberi atque iudicem uer-  
fari in actu iure licito, nulla causa est, quare  
iuris regulae uolunt praesumptionem in bo-  
nam partem, et pro honestate esse capiendam  
*l. 51. pr. ff. pro soc. ibique Dd.* sint inuertendae,  
et in officio iudicem deliquisse praesumen-  
dum, nec sibi nihil mali conscius iudex eius-  
modi inuersas ac luanas praesumptiones curare  
neces-

310

necesse habet; Alterum quaestionis membrum plus difficultatis uidetur habere. Sane cum intersit iudicis primae instantiae, ut sententia a se pronunciata confirmetur, et ipse erroris, incuriae aut ignorantiae non incusetur, quod declinare uix poterit, si ipse suam sententiam in appellationis instantia euertere atque conuelere patrocinium contra eam praestando annitur, quin potius se ipsum accusare uideatur, adeoque citra aliquam turpitudinis notam impugnationem facti proprii suscipi non posse censendum, nec eam permittendam, multis Doctorum statuere placuit, et fere in unico casu patrocinium in Appellationis instantia a iudice prioris praestari non improbant. Nimirum, si iudex, qui male in aliqua causa iudicauit, uicto appellanti heres succedat, IACOB. SCHVLTES ad Modest. PISTOR. quaest. 140. n. 86. seqq. BERLICH. p. I. concl. 50. n. 9. seqq. ubi hoc rationibus, ampliationibus et limitationibus expositum, conf. BRVNN. ad l. 17. ff. de Iurisd. n. 2. cum causa eius ita fiat propria et ipsius pecuniarie intersit reformari sententiam a se latam, adeoque defensionem suscipiat fortunarum et facultatum suarum. Non tamen sat percipio rationem distinctionis inter hereditatem ab intestato, et ex testamento a BERLICHO

G

c.l.

c. l. n. 10. et restrictionis ad priorem huius sententiae allatae; Atque saluo aliorum iudicio mea sicut opinio, iudicem primae instantiae, qui ex errore, uel etiam, quod ab uno litigantium non satis deducta fuerint, quae pro sua causa stant momenta secundum acta et probata, ut quidem decet iudicem, contra illum pronunciauit, deprehenso postmodum a se commisso errore, quem corrigere in commodum proximi nemini probrosum, quemadmodum et in superioribus iudiciis quotidie euenit, ut sententia prior, Leuteratione interposita, per idem Iudicium corrigatur, et in totum reformatur, in appellationis instantia eius patrocinium suscipere, et ex noua causa, per uulgatum: non deducta deducam, non probata probabo, supposito in foro nostro casu, ubi in secunda instantia nouae probationi locus est, de quib. vid. C A R P Z. ad Conf. 21, p. 1. def. 4. s. 6. 7. 8. 9. sententiam suam impugnare, et in melius mutationem quaerere. Vnde et Z I E G L. in Decis. 17. ubi quaestionis nostrae posterius membrum late ac solide examinat, saltem iudici indecorum et minus honestum esse, sua pronunciata impugnare, ideoque citra interesse proprium non esse ad patrocinium pro uicto admit-

admittendum, criminis praeuaricationis vero  
reum non fieri, neque in poenam incidere con-  
cludit: Monendum restat, utrumque quaestio[n]is  
membrum solum pertinere ad illa iudicia, quae  
ipsa de causis cognoscunt et sententias conci-  
piunt, illis uero iudicibus, qui a Dicasteriis et  
collegiis prudentum transmissis actis sententias  
requirunt, easque nomine Consultorum publi-  
cant, id quod ualide et cum effectu rei iudica-  
tae per *Confit. Elect. Sax.* 26. p. 1. fieri potest, nihil  
esse impedimento, quo minus sententias, illas  
a se publicatas, si appellatum sit in secunda  
instantia, tanquam Aduocati uel tueri uel im-  
pugnare fas sit, cessantibus nimirum causis et  
rationibus, ex quibus illis, qui ipsi pronunciant,  
haec facultas in dubium vocari solet. Suffici-  
ant haec ad uisionem praesentem in gratiam  
Candidati Iuris Nobiliss. de affine themate, Sa-  
lario nimirum Aduocatorum, disputationem in-  
auguralem parant[is]

## IOH. FRIDERICI AUTENRIETH

Vitembergensis,

institutam, qui, quae ex more de eius natali-  
bus, hactenus uita acta, cursu et progressioni-  
bus

G 2

bus

bus studiorum sunt exponenda, ipse suis met uer-  
bis in sequentibus suppeditauit:

*Vitam exponere iussus, ea, quae potiora uidentur, commemo-  
rabo. Annus erat 1700. die 12. Aug. cum Vitebergae Sa-  
xonum, Parentibus honestissimis, IOH. IACOBO  
AUTENRIETHIO, Ciue ac Chirurgo in Op-  
pido patrio, et DOROTHEA natalibus KOEP-  
PIA Torgauiensis, natus in hanc auram uenirem. Prima  
parentum cura fuit, ut per lavacrum nominibus IOH.  
FRIDERICI insignitus in ciuitatem Dei adscriberer.  
Post priuatis et publicis praeceptoribus, KRANEWIT-  
TERIS, WAGNERIS, ULLCHIIS, BOETI-  
GERIS et PILARICCIIS in disciplinam datus  
scholam oppidanam frequentauit. Anno autem 1712, die 13.  
Octobr. Rectore Magnifico, IOH. ANDREA  
PLANERO, Math. Super. P. P., in tabellas aca-  
demicas relatus. Anno 1713. M. Octobr. in scholam Regio-  
Electoralem Grimensem missus, ERMELIIS,  
SCHVMACHERIS, EGENOLFIS, et IA-  
COBI, praeceptoribus fui usus. Sed anno 1718. M. Apr.  
in patriam reversus, priuatae institutioni in literis, quae  
ad humanitatem pertinent, pariterque in Logicis et Ora-  
toriis addiscendis, autore M. HERMANNO BE-  
CKERO, Facult, bujus Philosophicae Assessore Specta-  
etissimo,*

and



Gissimo, praeceptore fidelissimo, quem video mibi principem et ad suscipiendam et ingrediendam rationem borum studiorum extitisse, operam nauauit. Tum uero studiis academicis omne tempus dedi, atque in dicendi arte KIRCHMAIERVM, in Philosophicis M. WOLFIVM, audiui. Ulterius progressus in studio Juridico Illustrē WERNHERVM, aliosque Professores et Doctores laudatissimos, MENCKENIOS, KRAVSIOS, BRENDELIOS, VVOLFIOS, KOESELISIOS, in causis autem forensibus orandis exercendisque TEMMICHIOS et REINHARDTOS fidelissimos babui praeceptores. Studiis Juridicis, quantum potui, arreptis, anno 1722. d. 28. Aprilis, exanimi, quod Lege Saxonica imperatum illis est, qui causas in foro orare cupiunt, me submisit, et interrogantibus notitiam legum, tum quoque Processus Saxonici necessariam, iudiciumque in tractandis causis accommodum probauit, atque adeo testimonium ab Illustri ICtorum hujus Academiae Ordine eodem die expertum facile obtinui. Deinceps Patronorum consilio Magdeburgum me contuli, ibique in Iudiciis uersatus, commodum occasionem nactus fui maiorem comparandi usum forensem. Quo in loco mibi contigit felicitas, ut Illustris ac Excellen-


tissimi DN. DE GUERICKE, Regii Prussici  
Regiminis et Sacri Consistorii in Ducatu Magdeburgensis  
Directoris, Arcanorumque Regiorum Consiliarii, filios  
instituendi, ac in literis perficiendi occasio mibi daretur.  
Accedebat, ut cum VIRO Illustri in negotiis Caesareis  
apud Megapolitanos procurandis anno 1724. M. Martio  
per Berolinum amanuensis, vulgo Secretarii, loco profi-  
cisceret, et meam qualemcumque operam praestarem.  
Rebus autem ibi confectis Patrono meo, per Parchimum,  
et Saxo-Lauenburgum, Hamburgum proficisci, ibique  
quindecim dies morari, et eo loco relitto, Magdeburgum  
reverttere usum fuit. Ego uero, anno dicto M. Octobr.  
Vitebergam repeti, atque in studia Juridica incumbere,  
eaque continuare induxi in animum. Qua de causa adii-

IO. FRID. VVERNHERVM, I. U. D. qui  
principia et ipsam Juris artem, tam in scientia, quam  
in usu, mibi discendi cupidissimo, diligentissime omnia  
repetendo, instillauit et inculcauit, ita, ut ipsius fidem  
atque operam, in hoc studii genere mibi praestetam, satis  
praedicare haud queam. Is enim ex ipsius Illustris Pa-  
triis sunt, quibus ea, quae in studio Juridico arripui,  
post DEVVM debo: Quo uero ad scopum mibi praesi-

xum eo cito peruenirem, Anno 1725. M. Aprili Dresdam  
petii, atque in conspectu Consilii Aulici, quod ibi florat,  
ad usum forensem suscipiendum me obtuli, jureque juran-  
do praeslito in Aduocatorum numerum receptus, retuli  
me Vitebergam. In hoc patro Oppido per tres fere annos  
negotiis forensibus totum me tradens causam publice dixi.  
Neque tamen negligere auditoria et scholas BASTI-  
NELLERI, Nobilis Domini de BERGER, SPE-  
NERI, KEMMERICHII, intermis. Quorum  
recitationibus publicis, quantum licuit, interfui, atque  
in Disputationibus Inauguralibus, Praesidibus BASTI-  
NELLERO et MENCKENIO, munere differen-  
tientis fungi non dubitauit. Ita aliqua opera forensi in-  
structus, superiori mense Septembr. a. c. Illustri Scto-  
rum Ordini me examinandum offerre sum ausus,  
examinibusque, ut vocant, tentamine et rigoroso, DEI  
Gratia, peractis, textibusque ex Jure Civili leg. ult ff.  
de Postul. et ex Jur. Can. Cap. ult. X. de bis, quae ui me-  
tusue causa sunt, publice illustratis, Collegium Juridicum  
Summos in Utroque Jure Honores capessendos me idoneum  
judicauit.

Quod

Quod reliquum est, probata satis Collegio nostro  
Iuris Scientia et peritia ad ulteriora omnium unanimi  
consensu admissus die VI Nouembr. conscendet Ca-  
thedram, et quam dixi Disputationem Inauguralem  
sub Praesidio Prae-Nobilissimi atque Excellentissimi,  
DN. IOANNIS GODOFREDI KRAUSII,  
Antecessoris Celeberrimi, et Collegiorum Iuridicorum  
Assessoris Grauissimi tuebitur. Cui solenni panegyri  
ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICUS,  
ILLUSTRISSIMI COMITES, LIB. BARO ILLU-  
STRIS, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, ac  
reliqui Iurium Fautores interesse benebole dignentur,  
ab his officiosissime peto atque contendeo, et Ordinem  
Nostrum nihil eorum, quod ad probandam mutuorum  
officiorum atque inferuendi promptitudinem facere  
possunt, in se desiderari passurum, in me reci-  
pio. P. P. sub sigillo Facultatis Dom. XXI,  
post Fest. Trin. A. c. 10 CC xxvii.



Wittenberg, Diss., 1727 A-50



Sb.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

Q. D. B. V  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM IVRIDICAM

1727 22  
1800 7

DE EO QVOD IUSTUM EST  
CIRCA  
**SALARIA AC HONORARIA  
ADVOCATORVM**

P R A E S I D E  
**IOH. GODOFREDO KRAUSIO, D.**  
INSTIT. IMPER. PP. CVRIA PROVINCIALIS SCABINA-  
TUS ET FACULTATIS IVRID. VITEMBERG. IV-  
DICII ITEM PROVINCIALIS INFERIOR.  
LVSAT. ASSESSORE

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
RITE CAPESSENDI

AD DIEM IV. NOVEMBR. M DCC XVII.

IN AUDITORIO MAIORI  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS  
PUBLICAE CENSURAe SVBIICIT

**IOH. FRIDERICUS AUTENRIETH**  
VITEMBERGENSIS  
ADVOCATUS ET NOTAR. IMMATR.



VITEMBERGAE  
APVD IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVM

M DCC LII

